commentarios manuductore uſus eſt *Ioan. Druſio*, qui Franekeræ Friſiorum Linguas, Hebraicam, Chaldaicam ac Syriacam profitebatur; ibidemque & Iuriſprudentiæ operam dedit: Doctorque Iuris creatus eſt Leidæ, ubi anno CIↃ. IↃC.XI. demandata eidem fuerat linguæ Latinæ primùm, deinde Politica Profeſſio; decretumque ab Academiæ Curatoribus anno CIↃ. IↃC. XV. ut, præter Politica, Ius quoq; civile interpretaretur, quam provinciam ad extremum vitæ ſuſtinuit. Edidit

Sardos venales, SATYRAM MENIPPÆAM *in ſui ſæculi homines ineptè eruditos.*

Iuliani Imp. Cæſares, ſive *Satyram in Principes Romanos*, Græco-Lat. typis Raphelengii, 1612. 12.

Notas & Animadverſiones in Nonni Panopolitæ Dionyſiaca. Ibid. 8.

De Republica Hebræorum libros III. Ibid. 1617. 8. & 1632. 16.

Exercitationum Oratoriarum, quæ auctoritate publicâ in Academia Leydenſi inſtitutæ ſunt, *Inaugurationem.* Ibid. 1621. 4. apud Elzevirium.

Orationes ejus omnes uno volumine editæ ſunt curâ *M. Zuerii Boxhornii.*

Vivere deſiit, longâ ægritudine conſumptus, anno CIↃ.IↃC.XXXVIII. menſe Novembri. *Adolphus Vorſtius* Medicus pro funere laudavit Oratione poſtmodum editâ.

PETRVS CVRIVS, Bergis ad S. Vuinocum Gymnaſiarcha, edidit

Grammaticam Græcam & Latinam. Antver. 1530.

Dictionarium Græcè, Latinè & Teutonicè, ad inſtar *Pappæ Puerorum Ioan. Murmellii.* Ibid. typis Ioan. Loëii.

PETRVS DAEMSIVS, Antverpienſis, Cartuſiæ Liranæ in Brabantia Religioſus, luſit heroico verſu

Encomiaſticum Solitudinis Cartuſianæ; nomine quidem ſuppreſſo, ſed quod hoc anagrammate ſatis expreſſit, SPES ME DVRAT. Antverpiæ, typis Verduſſii, 1623. 4.

PETRVS DACQVETVS, Furnenſis, Medicus, Græcè Latineque doctiſſimus, ſcripſit *commentarium in Corn. Celſum.*

PETRVS DAMASVS DE CONINCK, Brugenſis, natus anno ſæculari ſupra milleſimum ſexcenteſimo, prid. Idus Iulii, Ord. Eremit. S. Auguſtini Doctor Theologus Lovanienſis, anno CIↃ.IↃC. XXVIII. creatus, ibidemque ſecundùm Prior, & Regens Studii, Viſitator Ordinis, & ad Capitulum Generale Delegatus (diſcretum in Ordine nuncupant) Librorumque ſui Ordinis Reviſor ab *Hippolyto Montio* Priore Generali anno CIↃ. IↃC. XXXVI. deputatus; Vir cùm doctus, tum candidus atque affabilis, nec ſine lepore: edidit

Baſilii

Baſilij Pontij, Auguſtiniani, S. Theol. Doct. & Prof. Salmanticenſis, *De Sacramento confirmationis* lib. ſingularem, correctiorem & Annotationibus marginalibus illuſtratum. Lovanii, typis Iac. Zegeri, 1642. 4.

Ægidij Romani, Auguſtinianæ familiæ Generalis, *Quodlibeta*, ſimiliter correcta, *Argumentis Scholijsq;* perpetuis, etiam marginailibus illuſtrata. Ibid. 1643. fol.

Gregorij Ariminenſis Opera, aliaque deinceps ſequentur.

PETRVS DIVÆVS, Lovanienſis, Brabantiæ Hiſtoricus, fidus & accuratus, fabularum portentis, quæ hiſtoriam patriæ ferè occupabant univerſam, exploſis, cum fide eam tradidit. Scripſit

De Antiquitatibus Galliæ Belgicæ, ſtatum ejus, qualis fuit ſub Romanorum Imperio, repræſentans Antver. typis Plant. 1566. 1584. 8.

De Antiquitatibus eiuſdem, qualis ſub Francis. MS.

De Antiquitatibus Brabantiæ; & *Rerum Brabanticarum* libros XIX. Antver. apud Verduſ. 1610. 4. edente *Aub. Miræo.*

Rerum Lovanienſium Commentarios, libris IV. MSS.

Vivere deſijt Machliniæ, anno Dom. CIↃ. IↃ. LXXXI.

PETRVS DORE, aliàs AVRATVS, Paulinas, Arteſius, Ord. S. Dominici, Conventus Bleſenſis, Gallicanæ Congregationis, S. Theol. Doctor Sorbonicus & Profeſſor, varia ſcripſit, & pleraque Gallico idiomate, quò eorum ad plures manaret utilitas, quæ, præter doctrinam, ſpirant pietatem eximiam: teſtaturque *Ant. Poſſevinus*, ſe inter libros ejus generis vix quidquam legiſſe in Gallijs, quod eum magis afficeret. Sunt autem aſta:

Anti-Calvinus. Pariſ. apud Nivellium, 1568.

Virtutis Imago. Ibid. apud Steph. Grouleaurum, 1569.

Spes ſecura & firma. Ibid.

Piſcina Patientiæ. *Arbor Vitæ.* *Collegium Sapientiæ.*

Turtur Viduitatis. *Spiritualis cervus.*

Paſcuum Ovis Chriſtianæ. *De Vita & morte Chriſtiana.*

Dialogus inter Deum & Samaritanos.

Dialogus, & Doctrina Chriſtianorum in Fide, Spe & Dei amore.

Propugnaculum Gratiæ. *Aſylum Peccatoris.*

Amoris Divini Sulphurata, ſive *Incentiva.*

Omnium Tribulationum Victoria.

Meditationes de SS. Miſſæ ſacrificio &c.

PETRVS DORLANDVS, Dieſtenſis, Cartuſianus in Zelemenſi S. Ioannis Cœnobio, apud Dieſtemium Brabantiæ opidum, vir fuit ſingulari

gulari vitæ integritate, innocentiâ, pietate, & eruditione conſpicuus: quas in eo virtutes laudat *Theod. Petreius* in Biblioth. Cartuſiana. Obijt anno D. CIƆ. IƆ. VII. VIII. Kal. Septemb. in Cartuſia Zelemenſi, annos natus LVIII. Scripſit

Coronam De Viris Cartuſiani Ordinis Illuſtribus, ſive *Chronicon Cartuſianum*. Coloniæ, 1608. apud Cholinum, cum Notis *Theod. Petreij*.

Explicationem myſticam Habitus Cartuſienſis. Lovanij, 1514. 8.

Dialogum De vitio Proprietatis Monachorum. Ibid. 1513. 4. apud Theodor. Aloſtenſem.

Violam Animæ, Dialogis VII. quorum ſex priores concinnavit ex Theologia Naturali *Raimundi Sebundij*, Hiſpani, velut in compendium reducta; ſeptimi verò ipſe *Dorlandus* auctor eſt. Antver. 1533. 12. apud Mart. Cæſarem, & 1543. 16. apud Ioan. Hillenium.

Reliqua ejus ſcripta recenſentur ad finem Tract. De vitio proprietatis, quorum pleraque ante rebellionem Belgicam in Cartuſia Zelemenſi lecta fuerunt. Sunt autem DIALOGI varij;

De *Perſeverantia Novitiorum*. *De Stabilitate Monachorum*.
De remedio Amoris Dial. practicus, & alter heroicus.
De opere Amoris & Paſſione Chriſti. *De Vera Amicitia*.
De *Myſterijs Paſſionis*.
De *extremis hominum calamitatibus*.
De *Dominatu Vitiorum*. *De Dominatu Virtutum*.
De *vera hominis Sapientia*. *De vera hominis Beatitudine*.
De *Laude & claritate veræ Iuſtitiæ*.
De *vera Patientia, ex Chryſoſtomo*.
Inter Sapientem & Inſulſum.
Inter Dieſtemium & Servatium De *cognitione ſui*.
Inter Chriſtum & Franciſum, ſuper Charitate, procuratrice ſalutis noſtræ.
Legitur hic Lovanij in Biblioth. Academica.
De *Vnione*. *De inſtitutione optimi Paſtoris*.
De *S. Vrſula & Sodalibus eius*.
De *S. Cæcilia, Cur Phœnici comparetur?*
De *Septem B. Mariæ Gladijs*.
De *Fraternitate Compaßionis eiuſdem*.

De *Sanctis Laurentio, Romano milite*, *Antonio, Vincentio Ferrarienſi, Catharina, Anna*, De *Actibus & Laudibus S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ*. &c. è quibus cum Vita Chriſti, auct. *Ludolpho de Saxonia*, Cartuſ. *B. Annæ Vita* edita eſt Antver. apud Keerbergium, 1617. fol. *Actuum* verò *S. Ioannis* liber legitur MS. Duaci in Biblioth. Ex. V. *Geor. Colvenerij*.

Pſalterium

Pſalterium Virginis Deiparæ.
Speculum Humanæ Vitæ. *Sermones*, & *Epiſtolæ Variæ*.
Adſervantur præterea in Cartuſia Colonienſi ejuſdem
Tractatus De tribus Cartuſianorum Votis.
Dialogus De duabus viis.
Collationes De Militia ſpirituali.
De Sacerdotum dignitate.

PETRVS EVLARDVS, Aërienſis, Arteſius, natus anno CIƆ. IƆ. LXIV. Societ. IESV, totis XXIV. annis in Regio exercitu ac Caſtrenſibus Miſſionibus vitam egit laborioſiſſimam. Edidit

Exercitium Chriſtianæ Pietatis, ſeu *Libellum Sodalitatis B. Virginis*. Lovanii, typis Maſii, 1619. 12. & Coloniæ, 1621. apud Butgenium.

Bibliorum Sacrorum Concordantias, Morales & Hiſtoricas. Antver. typis Plantin. 1625. 4.

Moritur Hallis, Hannoniæ opido, anno CIƆ. IƆC. XXXVI. menſe Octobri, ſeptuagenario major.

PETRVS FABER, Noviomagus, Ord. Prædicatorum Theologus, claruit Romæ, & vivere ibidem deſiit in ſuburbanis, anno jubilæo CIƆ. IƆ. XXV. VIII. Kal. Auguſti, veneno abſumptus. Dedit

Supplementum ad tertiam partem D. Thomæ Aquinatis.

PETRVS DU FAY, Brugenſis, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ Magiſter, & Prior Brugis, ſcripſit

Diſputationes Theologicas De Pœnitentia, quà Virtute quà Sacramento. Duaci, typis Belleri, 1626. 4.

Item *Tract. De pretioſiſſimo Sanguine Salvatoris noſtri* IESV *Chriſti, qui Brugis adſervatur*, quà Theologicum quà Hiſtoricum. Brugis, 1633. 4.

PETRVS DE FEVIN, Arteſius, V. N. Præpoſitus Vrbis Atrebatenſis, & Pincerna (vulgò Panetier) Caroli VII. Francorum Regis, reliquit poſteritati, idiomate vernaculo,

Hiſtoricam Relationem rerum geſtarum inter Ludovicum Ducem Aurelianenſem, eiuſq; liberos, & Ioannem Ducem Burgundiæ, ab anno CIƆ. CCCC. VII. uſque ad annum CIƆ. CCCC. XXIII. Ejus hoc initium eſt, *Verité eſt, que entre le Duc d'Orlean, frere au Roy, & le Duc Iean de Bourgoigne ſon couſin germain &c.* Legiturque manuſc. apud V. N. Ioan. Bapt. du Val, Vice-Gubernatorem Atrebatenſem, D. Claudium d'Oreſmieulx Inſulis Flandrorum, atque alios.

Obiit anno CIƆ. CCCC. XXXIII. menſis Iunii die XXVIII. in D. Nicolaii cœmeterio conditus, ubi hodieque ſepulcrale monumentum mar-

 moreum